

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

16. De Erroribus abrupti styli & frigide acuti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](#)

- Item,*
- Iulius Baf-* (Ædem Mineruæ, tanquam castra Macedo-
niū fugiunt.)
- Cledius.* Torqueatur, hoc nec sub Philippo factum
est. Moriatur, hoc nec sub Ioue.
- Turinus.* Corripisti duo maxima Promethei munera,
ignem, & hominem.
- Triarius.* Narraturus sum Olynthij senis, ignes, ver-
bera, tormenta. Aliquis ne nunc queri de Phi-
lippo putat? Dij. Deæque te perdant, miseri-
cordem Philippum fecisti.)
- Musa.* Hoc conclusionis satis apèr intortum ful-
men: quòd præ Parrhasij crudelitate mitem
Philippum facit, quem tamen Athenienses
crudelissimum iactabant. Sed illæ torti senis
querela paucis, & nauiter expressæ.
- Cornel.* (Ultima membrorum meorum tabes tor-
mentis immoritur. Parrhasi quid agis? non
seruas propositum. Hoc supra Prometheus est.
Tantum patientum est pingente Parrhasio,
quoniam irato Ioue.)
- Hippanus.* Hæc tenet acumina parum: senem tor-
tum decedit. Nemo in tauru Phalatidis querit
delectum verborum, quibus suas querelas ex-
primat.
- Porcij Latronis in hoc genere Ironia graui-
or est:
- (Si videtur tibi, istis maneribus aram mis-
ericordiæ ornari.)
- Hæc sancè apostolè dicta plurimum ostendunt facundiz, legenij, iudicij, suauitatis: sed
tenendum est modus, qui in hoc genere ple-
rumque difficillimas esse solet.
-
- De erroribus abrupti stylis, & frigidè acuti.*
- CAPVT XVI.**
- Qualia de-
beat esse bre-
uitas ora-
tionis.*
- G**rauis igitur error eorum est, qui pluri-
mum quidem in eo habent ingenij, sed pa-
rum cordis. Itaque nec vim illam mentis ex-
undantem coercere possunt, sed dicunt quic-
quid in buccam. Quid autem, quid locus,
quid aures patientur, minimè considerant. In-
ferire volunt omnia acuminibus, nihil fine
figura dici, etiam figurare panem peri. Hoc
quidem per absurdum est. De eo igitur ita magi-
nai authores statuunt: expeditam breuitatem,
quæ nihil habeat obscuritatis, magnum esse elo-
quentiaz vigorem, et quæ graves personas,
quantum auditores ruerint, apprimè decere.
- non debere tamen esse præruptam, suspicio-
sam, nimis affectatam, quæque insidias tende-
re videatur in clausulis. Atque in eo magnope-
respectandum est argumenti genus, aliud e-
nim epistolæ, aliud historiæ, aliud declamato-
riæ oratiunculæ, aliud etiam iusta orationes
desiderant. Lex epistola argutam breuitatem
præscribit, illæ vero, quæ apud historicos ex Oratorijs
tant oratiunculæ, non nihil ad nitorem, & pa- tractus in
laetram compositæ, hoc dicendi genus leniter historia te-
rerunt, imò desiderant: Alioqui à periodorum dñi sunt.
ambitione circumducta est pœna oratio, ni-
hil haberet præter strepitum, & fumos. Alii
vero est iustatum orationum ratio, quæ cum Magna ora-
majoribus suis similiæ videantur, non tiones nosse
debent istis affectatae breuitatis constringi le-
runt præter gibus, ne videamus Hellepono, Xerxis mo- pœna breui-
re, pedicas, & compedes iniçere. Granditatem latem.
- minuit oratoriam frequens concilio periodo-
rum, & licet plus floris ostenter, minus tamen
habet maiestatis. Nolo grandes, lentas, arque-
velatæ arena, ramentisque ferræ periodos, qua-
les sunt pœrorum: Nolo exiles, aridas, etiam
de ipso naturali profluuiō, propter morosam
breuitatis affectionem violentè detortas.
Quis hominem ferat viñus horæ spatio pro
concio dicentem, quod Porcius latro contra Vestalem declamavit?
- (Sacerdos nostra adhuc in Lukanari viue-
ret, nisi hominem occidisset. Inter barbaros, Porci latre-
quid passus nescio: quid potuerit, scio. Sacer-
doti ne purus quidem contigit Dominus. plus oratio-
Absit enim hoc foro lenones, absine meretrices: nibus vicio-
ne quid parum sanctum occurrat, dum Sacer-
dos legitur. Si nihil aliud, certè osculatus est
te, quisquis puram putabat. O egregium pudici-
tiaz patricium! Militem occidi. At Hereu-
les, lenones non occidisti. Deducta es in lukanar-
i, accepisti locum, pretium constitutum
est, titulus inscriptus est: Hactenus in te in-
quiri potest. Cæterum nescio quid cellulam,
& obscenum lectulam voces. De pudicitia
Sacerdotis hic queritur. Nemo (inquit) virgi-
nitatem mihi eripuit, sed omnes quasi erepta-
ri venerunt: sed omnes quasi eripuiscent reces-
serunt. Quo mihi Sacerdotem cuius precaria
est castitas?)
- Hoc bellum, bellum (ut ait Satyricus) dico
tamen tolerari non posse, sed ut vina violen-
ta, nisi aqua diluantur, vertiginem cerebro in-
ducunt: sic illa dicendi, quæ minima videtur,
sed tamen anxietate maxima est contentio, &
dicentem fatigat, & transuersat auditores. Et
hoc.
- Nimia bre-
uitatis cha-
racter.

Bresuitatis
optimæ lex.

hoc indicio est, quod qui italoquuntur apud histoticos, & Senecæ controuerias, saltant sepius, ut Cicadæ, ac drepente conquiscent: itaque hæc scribenti aptiora, quam dicent viidentur. Quænam erit igitur optima lex breuitatis? Hæc erit opinio ijs, qui minimè Asia-tici fieri volunt, si Demosthenis orationes, & Ciceronis Philippicas imitentur, habent enim valde suam mediocritatem. Non dicam attēdere (ð viri Athenienses) dicam utilia, & necessaria. Hoc enim dissolutum est, & humile, quid igitur?

Demosth.
Philip. 4.
Typus lae-
data breui-
ensis orato-
ria.

Kαὶ περιθῶν νομίσων, ὁ ἀνδρες Αθηναῖοι,
περὶ τὸν βατέλεοδο, καὶ ἀναγκαῖτην πόλει πε-
τάστομας περὶ αὐτὸν εἰσῆνται νομίσω συμφέ-
ντι.

Hæc parua, iusta tamen periodus.

Quum & graibus (vos Athenienses) & reipub. neccularijs de rebus deliberare possemus, operam dabo ut ea dicam quæ è republica es- se arbitrio. Item:

Demosth.
Olynth. 2.

Ἐπικολλῶν μὲν ἐν τοις ἰδεῖν, ὁ ἀνδρες Αθηναῖοι,
δοκεῖ μου τὴν παρὰ τὸ δεῖν εὐνοιαν, φιλεργὴν οὐ-
μένων τῇ πόλει, οὐχ ἡκίσα δὲ οὐ τοῖς παρθέ-
νοῖς μαρτί.

Cum multis in rebus (Athenienses) perspicci mihi posse videtur Deorum immortalium benevolentia erga hanc rem publicam declarata, tum maximè in eo, quod nunc à nobis geritur negotio.

Item ex Cicerone.

Cicer. pro
Catinna.

Si quantum in agro, locisque desertis audacia potest, tantum in iudicis impudentia valet, non minus in causa cederet Aulus Catina Sexti Abutij impudentiæ, quantum in vi facienda esset audacia.

Is est iustæ, & laudatae breuiratis in graibus praesertim orationibustypus.

Quod vero attinet ad acumina, quæ hac breuitate, tanquam amento intorqueri solent, multum quoque requirunt prudentiæ. Prima lex est apud bonos auctores, ut argumento

Acuminum conueniant. Secunda, ut non sint nimis crederet, & usus. bra. Tertia, ut non sint frigidæ affectata, & obscura, quod vitium raro ab ijs declinatur, qui istis student impensius. Rei igitur, siue argumento accommodanda esse dico, neque enim in omnem materiam cadunt acumina, sicut non ex quolibet ligno sit Mercurius. Ex quo vehementer errant, qui vbi tota nitere debet oratio, minutæ querunt subtilli-

tates, quibus obscurentur. Quæ de Vestali, de incesta, de Parrasio allata sunt, non importunæ diætæ viidentur, argumenta enim ipsa plena sunt admirabilitatis. At vbi res commen-s & filo communis, ut sapientia occurrit, narran-dæ est, putidi est hominis tunc in scirpo no-dum (quod aiunt) querere. Sed & licet argu-mentum subtiliter tractari possit, non sunt ca-men (quod sèpè Rethores præcipiunt) senten-tiarum gemme temerè ubique, in longo pre-sertim opere spargendæ, sed cum delectu col-locaude, quo excitatus luceant, solidiusque delectent. Nam & pulcherrima quæque, si crebriora fuerint, finitima fastidijs esse nimis experientia constat. Iam quod plena sunt peri-culi, & virtus, ut plurimum obnoxia, hec que laudantur argutie, vel ex nobilissimorum scrip-torum erroribus coniugere facilissimo negotio licet. Pleraque enim acumina, cum semel audiuntur, apparent autea, at si consideratus ex-pendantur, acriorique subiectantur examini, agnoscuntur sepe futilia, quæ amplam speciem videbantur habere gratuitas. Talis est illa C. Gracchi rotunda, volubilisque sententia cita-ta superius.

(Quæ vos cupidè per hosce annos appeti-

tis, atque voluntis; ea si temerè repudiariatis, abesse non potest, quin aut olim cupidè appre-

ploribus

explicat.

E blanditur primum auribus hec structura ver-borum, sed vbi vocatur ad censuram, quid aliud habet? (Si cupidè feceritis, cupidè fecisse

dicemini, si temerè repudiaueritis, temerè re-pudiatisse dicemini.) Quæ iam otiosa agno-

scuntur, & pene puerilia; sed hoc Graccho co-donandum. Quid vero Iunius ille Otho, qui

librum edidit de istis argutijs, & coloribus, quo ratione poterit excusat? qui cum ince-

scriptam de faxo præcipitem datam reposceret, ad arguties

pecnam, quam euaserat, dixit inter ceteras subtilitates:

(Forrasse pecne se preparauit, & ex quo pec-are cecepit, cadere condidit.)

O frigus! ò dictum planè insulsum! scili- et illa Vestalis quotidie se exercebat ad Tar-

peiam rupem, ita ut ex ea se vicissim, & præci- pitaret, & citò resiliret ad saltum. Mirabiles

fibi ludos finxit hic orator: en quod acumi-

num illecebra transuersos agunt illos subtili-tatum indagatores. Mithredius cum aduer-frigidum

sus Pompilium Ciceronis imperfectorem age-acumen-.

ter, descriptis eū ferentem cū capite ampuratā L. 7, emis-

L. 3 Cicc.

Ciceronis manum, deinde ita exclamauit: *Quanto aliter resu Ciceronū, tenebas manus eius?* Quod ut stupidē dictum arguit Seneca, nemini enim dubium est, quin aliter teneret manū reus; aliter, interfector.

Item, Gorgonius in causa Cimonis contra filiam Calliz, cum eius adulterio de honestata Miltiadis trophæa dicere vellat, hoc ut acutè colligeret, fædo cacozelæ genere vñs, ut notat Seneca, dixit. *Istud publicum adulterium est, sub Miltiadu trophæa concubinæ.*

Et in controversia Parthasi, qui miserum Olynthium torserat ut Prometheus pingeret, cum omnes certatim subtilia quaque acuminâ explicarent, Licinius Nepos consurgens:

Si vultis, inquit, dignè punire Parrhasium, ipse se pingat. Primum quomodo se pinget ex speculo: Aridus modus, tum inusitatus fuit. Deinde quæ poena, si se depinxerit?

Spiridon. Spiridon videri voluit vulturios ad Parthasij tabulam in templo collocatam aduolare, fabula eleganti ad turpem sententiam producens, & que igitur familiariter in templum subire vultures putauit, ac columbas, & passerines, tanta fuit eius in inveniendo subtilitas.

Neminius stupidē dictum putat, quod in sua foria de bello Persico dictum est à Coruo, futili quadam Rhetore.

Quod si iam Xerxes ad nos suo mari navigat, fugiamus, antequam nobis terra surripiat. O naum bellatorum!

Alij sensus etiam frigidos inflatorum verborum nouitatem includunt, & ad summam vñq; insaniam deueniunt: ex quo genere sunt ista ciuidem Corui.

Hic cum tentaret scholam Romæ, summo illi, qui Iudazos subegerat, declamauit eontrauersiam de ea, quæ apud matronas differebat, *leboros non esse tollendos*, & ideò accusatur

Corvi Rhei. Reip. læse. In hac controversia hoc gearete *dioru insulæ* vñs est, *inter pyxides*, & redolentia animalia.

Controv. l. dissimilia sunt Muse Rethoris: *cælo repluunt odoratos imbes*: & de sylvis naturalibus celatas

Muse au- *sylvas, de pictis, urgencia nemora.* Item (Quic-

dax oratio. quid auium volitat, quicquid piscium natat, quicquid ferarum discurrat, nostris sepelitur ventribus. Quæra nunc cur subito moriamur? moribus viuimus.) De hac sententia ait Seneca Rhetor.

Non ergo, et si iam manumissus erat, debuit de cotio eius nobis satishiri. Nō sum ex Iudea Rhetor.

cibus securissimis, qui omnia ad exactam regulam redigam. Multa donanda ingenis punto, sed donanda vita, non portentur sunt.

Hæc sunt igitur, in quæ frequenter delabuntur subtile illi negotiorum enucleatores, sed & si quis magno illos authores, Senecam, & Salustium pertetare velit, inueniet procul dubio nonnulla, in quibus plus æquo fibi in hac scribendi ratione placuerunt: videtur fortasse *Infans genitus amabilissimum intuimus* genus, ingenio, quod daint, indulgere.

Patre hic lector ad tot locutionum almu- pki æn. aliquo genere urbanitatis diluenda nos in dilidum transferri, ducto ex æstoppel- rando Senecæ exemplo. Producetur à nobis eloquentia flexibiliter apud Iouem de suis corruptoribus conquerens: Mox designatis iudicibus, apud Rhadamanthum inter heroas illos citabatur rei Anticerones, M. Tullio Cicerone suam caußam agente, & tot errorum portenta, contra styli puritatem refellente.

ANTICICERONE S.

Ludus, Seu Dissertatio de optimo genere dicendi.

ELOQVENTIA APVD DICEN,
contra suos corruptores agit.

Oratio I.

CAPVT XVII.

Si me luæt, & squalore deformatum (parens optimæ) non agnoscat, saltæ ex eo, inimicorum meorum crudelitatem agnoscat, qui me venustissima specie virginem ad eam majorum acerbitudinem redegerunt, ut ipsi parentibus penè videat ignota.

Ego illa sum (me miseram) quid dico! non sum, sed fui Regina terrarum eloquentia, haustus de tuo fonte riulus, imago tuæ mentis, simulachrum gloriae, portio diuinitatis. Ego illa sum, quæ ruis imperijs, ex coelesti beatiorum domicilio in terras veni, ut hominum subleuarem miserias, & non modò necessarijs ad salutem tuendam præsidjs instruarem, sed etiam coelestibus, ad conciliandam dignitatem vestirem ornamenti. Feci quod iusseras, mortales inueni turpes, hispidos, longa macie torridos, qui sub queru glandem rustabant, beluis